

VERS. 7. — POST QUADRAGINTA (1) AUTEM ANOS DIXIT ABSALOM AD REGEM DAVID: VADAM, ET REDDAM VOTA MEA. Cùm jam per aliquot dies hominum animos et studium explorasset, speraretque tempus cogitationibus suis immaturum non esse, rem aggreditur religionis speciem consilio scelerato prætendens. Votum simulat emissum, quo tempore apud avum longum traxit exilium, nempe oblatas Deo victimas in Hebron, si quando in patris gratiam et aspectum redire contingeret. Facile autem fuit hominem religiosum et pium, religionis ac pietatis specie decipere. Quare obtinuit quod volebat, et Hebronem profectus conventus agit, et conjurationem in parentem adornat.

Hoc verò factum esse dicitur *post quadraginta annos*; sed est valde obscurum, undenam horum annorum ducendum sit principium. Quidam legendum esse putant non *quadraginta*, sed *quatuor*; quæ lectio videtur superioribus seculis fuisse non infrequens, ut dicunt hic Cajetanus, et Abulensis; quod tenent codices Gothici, et quos habuere Lyra, Petrus Comestor, Dionysius et Hugo. Sed jam eò com-

qui futurum rei eventum et consilia loquentis ignorabat. Partes ejus secutus est vulgus, prava ejus consilia non intelligens. Legimus in Genesi 31, 20, Jacob *furatum fuisse cor Laban*, cùm scilicet, eo inscio, è Mesopotamiâ sese subduxit. Legimus etiam inferius, populum post necem Absalomis *furatum se fuisse*, ne urbem ingrederetur; clam intravit, vel dissipavit se furtim, aliò divertens. Septuaginta: *Absalom suum faciebat*, alliciebat sibi, subdebatque *cor virorum Israel*. S. Bernardus, sive alius sub ejus nomine, Virginem sanctissimam appellat *raptricem cordium*; inspirat enim iis, à quibus agnoscitur, amorem castum, allicitque corda illorum occultis illecebris. Usurpare solemus frequenti sermone, oratorem aliquem rapere nos, sibi que subdere animum, mentem atque attentionem. Hebræi dicerent: *Furatur hic orator cor nostrum.* (Calmet.)

(1) Credibile est, si quid aliud maximè, irrepsisse in textum Hebræum *quadraginta* pro *quatuor* ארבעים pro ארבע. Septuaginta in nostris codicibus, cum Hebræo cohærent, ferentes *quadraginta*; sed Josephus et Theodoretus non nisi *quadriennium* legebant. Veteres plures Latini manuscripti codices eandem lectionem servant; in aliis sunt anni sex, in aliis quinque, in aliis duo. Discrimen istud codicum animadvertit auctor Quæstionum Hebræicarum in libros Regum. Syriacus et Arabs tuentur lectionem quatuor annorum; quibus adjungunt sese ex doctissimis criticis plures. Facilius equidem in mentem educimus, Absalomum, postquam toto quadriennio populi favorem captavit, secessisse tandem in partes, atque in apertam illam defectionem erupisse, cujus historia hic textitur. (Calmet.)

muniter feruntur omnes, ut *quadraginta* cum vulgatis codicibus legant, quos nunc habemus à Sixto correctos. Neque Hebræi aliter explicari possunt, cùm habeant *arbaim*, quod sine dubio non *quatuor*, sed *quadraginta* valet. Sanè si quatuor haberemus, non esset obscurum conjectare, quodnam esset hujus numeri exordium, nempe à restituto in urbem Absalome, aut ex quo ad regiam consuetudinem, et faciem admissus est. Sed quia hæc lectio jam est ab approbatis codicibus rejecta, et ab omnibus penè interpretibus explosa, *quadraginta annorum* initium explorems necesse est.

Quidam ab eo tempore sumunt exordium, quo sacerdotes occisi sunt à Saule; in quo facto aliquid à Davide peccatum fuit, cùm sacerdotem uno et altero mendacio deceperit. Quare cùm hæc Absalomis conjuratio Davidis peccata castiget et expiet, cùm ibi aliquod peccatum Davidis intercedat, optimè videtur ex eo loco *quadraginta annorum* sumi posse principium. Quasi dicas, *quadraginta annos* illius peccati vindictam fuisse dilatam. Ita Hebræi, ut in eorum Traditionibus refert Hieronymus, et interpretum plerique, auctor Historiæ Scholasticæ, Angelomus, Lyra, Dionysius, Hugo, et Glossa. Quæ opinio licet propter patronorum auctoritatem et numerum explodenda non sit, tamen eo laborat incommodo, quia hæc Davidis vexatio ab Absalome filio, adulterii et cædis Uriæ supplicium fuit, non sacerdotum exitii cujus in Davide aut nulla, aut non nisi levissima culpa fuit. Quòd verò pœnas nunc luat David propter adulterium et adjunctam cædem, constat ex cap. 12, v. 11, ubi hoc supplicium inflictum iri dicitur propter Uriæ irrogatam injuriam: *Ecce ego suscitabo super te malum de domo tuâ, et tollam uxores tuas in oculis tuis, etc.* Scio contra hæc adduci aliqua à Dionysio et Lyrâ, quæ tamen ejusmodi non sunt, ut hujus objectionis vim admodum infirment. Plures alias explicationes adducit Cajetanus, qui tamen in illarum nullâ prorsus acquiescit, atque ideò disputationem illam hoc modo concludit: « Elige, prudens lector, inter ambigua, quod magis videbitur. »

Mihi id placet, quod ex Hebræis tenent Rab. Salomon, et Rab. David, qui aliquando sapiunt, cùm non rarò desipiunt, quos sequitur Abulensis q. 13, Emmanuel Sâ, et Joannes Mariana, licet in aliquo illi inter se dissentiant, quod tamen aut nihil omninò, aut parùm refert. Quidam enim hunc annorum numerum ordiuntur ab unctione Davidis in regem per

Samuelem; alii ab eo tempore, quo mutata est in Israele administrationis forma, et pro judicibus, qui præfuerunt prius, suffecti sunt reges; quod eodem penè tempore contigit. Quod facilè probat temporum ratio, si statuamus, quod supra cap. 13, lib. 1, latè probatum est, Saulem duos tantùm annos regnasse. Quo ita constituto, facile erit hunc annorum numerum, et illorum exordium deprehendere.

Et primùm observo, usitatum esse tam apud sacros, quàm apud profanos, ab aliquâ re maximè notâ rationem ac seriem temporum metiri, quale fuit diluivium, quod sub Noe universum mundum inundavit; Trojanum bellum; urbs Romana condita, et similia. Cùm autem reipublicæ mutatio, si magna fuerit, ab omnibus notari soleat, fit ut ab eâ numerentur anni. Quod probat Augusti imperium, quod novam administrationis formam induxit, à quo Æra Cæsaris appellata fuit, à quâ apud Hispanos per multa secula ratio temporum digesta est. Cùm autem Arabes Hispaniam ingressi, novam formam et statum in illam provinciam invexerunt, ab illorum ingressu numerati sunt anni, quorum in antiquis monumentis apud Hispanos frequens memoria: de quibus noster Mariana in opusculis satis diligenter et latè. Sanè quia Græci Syriam occuparunt, ab illorum imperio numerantur anni, tum alibi, tum in libris Machabæorum, ubi historia annos intuetur Græcorum, seu Seleucidarum, qui iidem sunt, ut nos pluribus in nostris Commentariis in Daniele ad cap. 8, n. 65. Quanta verò facta mutatio fuerit sublati judicibus, et regio nomine in rempublicam Israelis inducto, satis indicavit Samuel lib. 1, cap. 8, ubi legem scripsit regni, et quàm durum futurum esset pondus, quod è regio dominatu subiturus esset populus, prædixit.

Quòd si ab hæc mutatione ad hoc usque tempus *quadraginta* deprehendantur anni, res nobis erit absque dubio satis expedita. Assumo duos annos ex regno Saulis, totidem ex regno Davidis antequàm Absalom nasceretur in Hebron, aut potius tres, quia tertius natus esse traditur lib. 2, cap. 5. Adde nunc annos Absalomis, qui supra triginta esse videntur, cùm duos filios suscepisse dicatur ante hoc tempus, cap. 14, v. 27, et cùm regnum ambiret, et ad se plurimos suâ auctoritate pellexerit, credibile est, ætate fuisse regno administrando maturâ. Ex his summa conficitur *annorum quadraginta*. Adde, quòd ex usu Scripturæ imperfe-

ctorum numerorum, sive perfectos excedant, sive à perfectis deficiant, dummodò multi non sint, haberi ratio non solet. Quare etiamsi anni fuerint triginta octo, vocari possunt *quadraginta*, quia parùm ab illo perfecto numero deficiunt. Id verò usitatum esse in Scripturâ, docet Augustinus, lib. 15 de Civitate cap. 24, ubi Noe quingentorum annorum fuisse dicitur, cùm tamen annos tunc haberet non plures quadringentis octoginta. « Intelligendum est, » inquit, hoc Deum dixisse, cùm circa finem « quingentorum annorum esset Noe, id est, « quadringentos octoginta annos ageret. Quos « more suo Scriptura quingentos vocat, non « mine totius maximam partem plerùmque « significans. » Idem docuit Eucherius lib. 1 Commentar. in Genes. cap. 37. Ex his solvitur id, quod in hanc nostram cogitationem objicitur, tres annos exiguum spatium videri, ut David tot fecisse videatur, quot fecisse legitur, postquam occiso filio in regnum restitutus est. Primùm, quia triennale spatium exiguum non est, ut multò etiam plura peragi non potuerint. Deinde quia juxta regulam proximè adductam, fortassè post hoc tempus plus annis quinque vitam produxit.

Sed dices adhuc, sub extrema vitæ tempora Davidem septuagenarium sic fuisse à senectute debilem, ut cùm operiretur vestibus, non potuerit caleferi: æst hoc tempore egressus fuit pedes; et illa subiit, quæ nullus nisi robusto corpore annos intuetur Græcorum, seu Seleucidarum, qui iidem sunt, ut nos pluribus in nostris Commentariis in Daniele ad cap. 8, n. 65. Quanta verò facta mutatio fuerit sublati judicibus, et regio nomine in rempublicam Israelis inducto, satis indicavit Samuel lib. 1, cap. 8, ubi legem scripsit regni, et quàm durum futurum esset pondus, quod è regio dominatu subiturus esset populus, prædixit.

Quòd si ab hæc mutatione ad hoc usque tempus *quadraginta* deprehendantur anni, res nobis erit absque dubio satis expedita. Assumo duos annos ex regno Saulis, totidem ex regno Davidis antequàm Absalom nasceretur in Hebron, aut potius tres, quia tertius natus esse traditur lib. 2, cap. 5. Adde nunc annos Absalomis, qui supra triginta esse videntur, cùm duos filios suscepisse dicatur ante hoc tempus, cap. 14, v. 27, et cùm regnum ambiret, et ad se plurimos suâ auctoritate pellexerit, credibile est, ætate fuisse regno administrando maturâ. Ex his summa conficitur *annorum quadraginta*. Adde, quòd ex usu Scripturæ imperfe-

alia tempora, et seculorum illustrissima signa præcessissent in calendario, ut mundi creatio, universale diluuium, Abrahæ nativitas, egressus Israelis de Ægypto, tandem dicitur ab unctione David in regem anno millesimo trigesimo secundo natum esse Christum.

VERS. 10.—MISIT AUTEM ABSALOM EXPLORATORES IN UNIVERSAS TRIBUS ISRAEL, DICENS: STATIM UT AUDIERITIS CLANGOREM BUCCINÆ. Antequam exploratores hosce in varias regni partes dimisisset Absalom, jam rem totam callidis consiliis et fallaci blandimento eò deduxerat, ut animos haberet obsequentes, et ad quilibet audendum temerariè projectos. Quod sanè mirandum est, neque fortassè in omni memoriâ exemplum simile, quod valdè Chrysostomus exagitat et amplificat tom. 4, Homil. de Absalome patrem persequente. Quòd si causam inquiras, non facile invenies. Chrysostomus duas ostendit, alteram in Absalome ad audendum illud immane facinus, alteram in populis seclerato filio contra optimum patrem, et regem optimè de re communi meritum, tam facilè obsequentibus. In filio quidem, quia in illum pater indulgentior fuit, quàm fraternæ cædis gravitas postulabat; in animis enim parùm ingenuis peccatorum impunitas parit audaciam, et favor plerùmque indebitus arrogantiam. Quare nullà in re pater magis filium offendit et lædit, quàm cum illius mores improbos impunitos abire sinat. Sic autem ibi Chrysostomus: « Offendit David filium, quia « fratris in illum noluit ulcisci parricidium: « semper enim scelera, dum non resecantur, « crescant, et in argumentum facinorum « prohibetur, quoties securâ impunitate peccatur. Dum enim in Absalom fratris occisi « facinus non vindicatur, in parricidium patris reciduum facinus iteratur. » Hoc est cum filio ludere, et illum lactare, quem postea pater suæ senectutis vexatorem patitur. De quo Eccles. cap. 30, v. 9: *Lacta filium, et parentem te faciet: lude cum eo, et contristabit te.*

Aliam in populo causam deprehendit Chrysostomus, nempe amentiam, quam facilè patitur stulta multitudo, quæ non tam ratione ducitur, quàm aut suâ, aut alienâ libidine. Illi autem mentem excussit Absalom, tum regiâ nobilitate, quam solus ex omnibus Davidis filiis habuit à genere materno; tum à singulari pulchritudine, quæ blanda est animorum conciliatrix. Deinde promissis, quæ nunquam, licet regnum, ad quod aspirabat, obtineret, impleturus esset. Quòd autem futuræ fuerint pro-

missiones illæ prorsus inanes, quicumque foret rerum eventus, docet ille loquendi modus, quo popularium animi ab Absalome sollicitati dicuntur. Ubi enim v. 6, legimus: *Et sollicitabat corda virorum*, Hebraicè est, *vaieganab*: id est, *furabatur*, id est, eripiebat frustra; quod enim sine pretio, callidè et latenter sumimus, id *furari* dicimur, quantumvis alius illud, quod furtum esse ignorat, præsens intueatur. Hoc itaque modo cor furatus Absalom, id est, exordem reddidit, et amentem populum, qui cæcus ferebatur ad mortem, neque futuros rerum eventus considerabat. Audi Chrysostomum supra: « Unius patricidæ furor tot millia « insanire compellit. Unius dementia dementes ellicit multos. » Alia sese mihi causa hujus tantæ, tamque infidæ mutationis offert. Quia florentem ætate et formâ Absalomem viderat populus, qui semper novitatis studiosus est, et vetera fastidit et odit, et cum illum regnaturum speraret, cum esset natu tertius, et uno tantum gradu fratrum maximo minor, maluit Absalomi placere, qui diù regnaturus videbatur, quàm Davidi; qui cum ad ætatem jam gravem, et penè extremam progressus esset, non videbatur diù regnum habiturus. Accidit autem populo id, quòd usque adeò frequens est, ut in proverbium abierit, ut *orientem adoraret solem, occidentem contemneret.* Vide proverbium: *Plures adorant solem orientem, quàm occidentem.*

DICITE: REGNAVIT ABSALOM IN HEBRON. Hoc Absalomi jam ante convenerat cum illis, quibus cor, ut diximus, et mentem fallacibus promissis, et quasi meretriciis illecebris ademerat, ut cum primùm clangorem acciperent tubarum, conclamarent omnes et dicerent, Absalomem in Hebrone regem esse creatum. Qualis autem futura esset acclamatio populi, conjectare licet ex cap. 10, v. 23, ubi cum Saül rex esset à Samuele creatus, clamavit populus: *Vivat rex.* Et lib. 3 Reg. cap. 1, v. 25, cum eadem, quæ nunc Absalom, tentasset Adonias, clamavit populus ab illo eam ob rem ad victimas et convivium vocatus: *Vivat rex Adonias.* Et v. 39, designato Salomone rege: *Vivat rex Salomon.* Sic puto clamasse populum: *Vivat rex Absalom;* imò addidisset aliquod convicium seu imprecationem in Davidem. Quod fieri assolet in seditiosâ et tumultuante turbâ, hunc in modum: *Pereat rex adulter et homicida, senex delirus, regni fastidium,* et similia, quæ stultè et exordatè multitudini in buccam prius et linguam, quàm in mentem veniunt.

VERS. 11.—PERRÒ CUM ABSALOM IERUNT DUCENTI VIRI DE JERUSALEM VOCATI EUNTES SIMPLICITER. Quærit hic Abulensis q. 16, quare adducere secum ducentos hosce viros voluerit Absalom, cum neque complices essent, neque conscii scelerati consilii, sed fideles servi parentis David, qui simpliciter et tantæ fraudis inscii, abducti potius à callido et veteratore hoste, quàm ab amico atque fideli domino ducti, impedire potius poterant quàm promovere scelerata consilia. Respondet Abulensis, voluisse Absalomem detractis his ducentis viris, qui videbantur strenui, infirmare exercitum parentis, ut cum primùm irrumperet in urbem, pater minus haberet virium, quod subitæ irruptioni imparatus opponeret. Fortassè aliud spectavit callidus adolescens, nempe, ut ascitis secum viris de quorum fide dubitabat nemo, omnem ipse conjurationis et doli suspicionem adimeret.

VERS. 12.—ACCERSIVIT QUOQUE ABSALOM ACHITOPHEL. Nôrat Absalom, quàm esset in deliberando prudens Achitophel, cujus consilio pater in rebus quibusque dubiis utebatur; quare illum sibi antea, ut apparet, tum promissis largiter, tum etiam oblati officii obligarat. Illum igitur ad se domo evocat, ex cuius societate illud præter alia videtur consecutus, ut omnes, qui illius prudentiam et consilium noverant, sibi persuaderent, nihil in re tantâ susceptum esse temerè: neque ubi tanti viri interfuisset, aut potius præfuisset intelligentia, de felici rerum eventu fore desperandum. Sed sanè, in aliis prudens fuerit, hic tamen illi videtur defuisse prudentia sanumque consilium, cum res tentavit, quas neque recta ratio, neque fides, imò quas neque utilitas aut pudor admitteret. Sunt qui hic putent, illum non publicam causam spectasse, sed privatas injurias persequi voluisse. Bethsabee enim, cujus pudori illisit David, neptis erat Achitophel, filia Eliam, ut constat c. 11, v. 4. Eliam autem filius erat Achitophel, c. 25, v. 54. Hæc res non solum fecit, ut hujus conspiracy conscius esset et socius, sed etiam, ut aliqui putant, auctor et princeps. Vide Abulensem q. 48.

CUMQUE IMMOLARET VICTIMAS, FACTA EST CONJURATIO VALIDA. Videtur Absalom multos consumpsisse dies in victimarum immolatione, ut honesta prætexeretur species improbo consilio: nemo enim accusaret populum, quòd interesset victimis, quòd religionem coleret. quòd regis filio inter sacrificandum benè pre-

caretur. Deinde, ut interim per emissarios suos multitudinem sibi conciliaret. Quod quidem illi accidit ex voto; nam dum rei sacrificali daretur opera, magni ex Israele toto concursus hominum fiebant in Hebron, qui agebant quotidie Absalomis vires.

VERS. 13.—TOTO CORDE UNIVERSUS ISRAEL SEQUITUR ABSALOM (1). Ignorabat David, ut apparet, quid rerum fieret in Hebron, et quinam motus essent in Israel, donec nuntius venit, qui dividit Absalomem conclamatum esse regem, et magnas undique in ipsius caput copias armari; idque non simulatè, ut Absalomis votis blandirentur, sed ex toto corde; ex quo prudens rex etiam inferre posset conventus illos hominum etiam ab ipsius dignitate ac commodis animos habere prorsus alienos.

VERS. 14.—ET AIT DAVID SERVIS SUIS, QUI ERANT CUM EO IN JERUSALEM: SURGITE, FUGIAMUS (2).

(1) Vel ex Hebræo: *Cor Israel fuit post Absalom.* (Calmet.)

(2) Causam fugæ dat S. Chrysost. in Psal. 3, quem tunc David dietavit invocans Deum in tantâ persecutione, ut patet ex ejus titulo: « Fugiebat, ait, David filium suum, quoniam « castitatem fugerat; fugiebat filium, quoniam « matrimonium pudicum violaverat. Fugiebat « filium, quoniam legem Dei, quæ dicit: « Non occides; non adulterabis, fugerat. Quoniam enim alienam agnam in domum suam « introduxerat, et ejus pastorem interfecerat, « qui erat è domo suâ agnus, pastorem cornu « petebat. Alienæ domui bellum intulit, sed « ex domo suâ in ipsum bellum incitatur, etc.

Moraliter, discite hic, quàm vanum sit, quòd parentes gloriantur in filiis suis, quàmque verum illud: *Heroum filii noxæ.* Nam sæpè filii sunt degeneres, et parentum hostes; en tibi David tres genuit filios, quorum primus Amnon incestu sororem violavit, secundus Absalom fuit fratricida et parricida; tertius Salomon fuit idololatra, et planè mulierosus. Quod mysticè Judæis applicat S. Ambr. lib. 1 Apolog. David cap. 3: « Genuit David, inquit, « duos filios, unum incestum, alium parricidam, eò quòd incestus et parricidalis populus (Judæorum) affixo patibulo crucis, « carnem proprii jugulaturus esset auctoris. » (Corn. à Lap.)

David dit à ses officiers: *Allons-nous-en, fuyons de Jérusalem. Car nous ne trouverons aucun moyen de nous sauver d'Absalom.* David avait toujours présent ce que le prophète Nathan lui avait prédit, de la vengeance que Dieu devait tirer de l'adultère et de l'homicide qu'il avait commis. C'est pourquoi, lorsqu'il voit ce soulèvement de tout le peuple, et son propre fils à la tête des conjurés, comme étant le chef de la révolte qu'il avait lui-même inspirée aux autres, il reconnaît que c'est là l'heure de la puissance de Dieu, qui veut se faire justice à lui-même, et il s'y soumet de tout son cœur. Il est persuadé qu'il s'est attiré par sa propre faute cet effroyable châtement du ciel, et il n'attend que de la bonté de celui-là même

Mirum est, quòd rex bellator, neque omninò ab auxilio militari desertus, et in civitate adeò à naturâ munitâ, ut putaretur à cæcis et claudis posse defendi; deinde ab ipso rege egregiè ad repugnandum instructâ, et ad illam magnitudinem et formam erectâ, ut appellaretur *civitas David* (sic enim vocari cœpit, quæ priùs dicebatur *arx Sion*), desperârît in illâ arce resistere se posse filii conatibus; atque ideò statuerit, quamprimùm esse abeundum ex urbe, et in desertis locis quærendum esse perfugium. Sed pius rex, qui nunquàm victus fuerat à mortali manu, nunquàm se in fugam dedisset, si cum hoste mortali futurum esset certamen. At videbat cum Deo sibi fore pugnandum, cujus ultricem virgam in Absalomis manu considerabat. Audierat enim à Nathan, c. 42, v. 11: *Ecce ego suscitabo super te malum de domo tuâ*, etc. Quare divinæ voluntati non putabat esse repugnandum, sed illa arma esse capiendâ, quæ magis divinam potentiam, quàm humanam obtunderent. Quare pœnitentis hominis potiùs, quàm strenui ducis speciem assumit, de quâ suis locis postea. Fugit itaque rex pius et prudens, non tam Absalomis, quàm divinam iram; cui si restitisset, neque Deum habuisset placatum et mitem, neque tam facilem atque illustrem habuisset de tam copioso exercitu victoriam. Quare si rectè rem totam expendas, timor iste non fuit, sed solers prudentissimi ducis stratagemâ, quo divinum sibi comparavit auspiciû et vires. Timebat præterea optimus princeps et civitatis amans, ne quid ab hoste infesto, sive obsidente, sive jam sui consilii ac desiderii compote, civitas pateretur, atque ideò maluit ipse fugam subire, quàm civitatem exponere periculo. Quâ de re vide Abulensem q. 20, 21, 22.

ET IMPELLAT SUPER NOS RUINAM (1). Hæc locutio figurata est, neque alius est sensus, quàm impellendos esse muros ab ariete, seu ab aliâ murali machinâ, ita ut alios opprimat; non impellitur ruina, sed murus, ex cuius impulsu ruina sequitur. Quomodò dicimus *molere farinam*, quia grana moluntur, ex quibus fit farina; et *nudum spoliare*, quia vestitus ita spoliatur, ut relinquatur nudus. Quâ de re diximus suprâ c. 10, ad illud: *Et præcidit vestes eorum medias*.

qu'il a offensé la modération de la peine qu'il sait avoir très-justement méritée. (Sacy.)

(1) Hebræus: *Impellat super nos malum*. In extremum malum nos impellat; ne penitus nos opprimat, ut resurgere non valeamus. (Calmet.)

VERS. 16. — EGRESSUS EST ERGO REX, ET UNIVERSA DOMUS EJUS PEDIBUS SUIS. In domo Davidis non solum servos intelligo, turbamque palatinam et aulicam; sed etiam filios et uxores, quibus, cum insuetus esset labor ille, nihilominus pedibus arduam illam, difficilemque viam ingressi sunt. Sed nihil fuit difficile aut servis, aut domesticis, quantumvis forent educati, atque instituti molliter, cum regem haberent præcedentem; cum tamen eâ jam esset ætate, ut non procul abesset à septuagenario. Quæ ratio gravissima est, ut quis etiam supra naturam vires assumat, ne deficiat in eo, quod à rege et domino susceptum esse videt. Non putabat Urias licere sibi molliter dormire in lectulo strato genialiter, cum dux Joab interea in humo cubaret nudâ. Vide quæ nos in eum locum diximus. Sed licet omnes egressi essent pedibus, credo tamen non longè ab egressu, qui infirmis essent viribus, vectos esse jumentis, quæ aut ipsi invenerunt, aut certè ab aliis oblata sunt in viâ. Sanè Siba cap. 16, pro domesticis regis asinos obtulit. Quantum regum aut ducum exempla valeant, ut alii in cursu etiam difficili non languescant, docuit Catonis exemplum, de quo Lucanus, cujus verba statim referam, v. 30, quæ sanè sunt notatu non indigna.

ET DERELIQUIT REX DECEM MULIERES CONCUBINAS AD CUSTODIENDAM DOMUM. Quemadmodum multi sunt relictæ Hierosolymis, quibuscum Absalomis nihil erat negotii, qui se post Davidis exitum ultrò Absalomis, cui repugnare non poterant, tradiderunt; sic etiam David ad custodiendam domum decem reliquit concubinas, quia fore non putabat, ut quisquam illis irrogaret injuriam, quas ipsa naturæ imbecillitas contra barbarorum etiam impetum tuetur. Neque arbitrabatur expedire, ut regia domus aliorum esset præda; et satis in feminis existimabat esse præsidii, quas regia consuetudo nobilitabat; et domus ipsius regis majestas arcere posse videbatur avaras et violentas manus. Alioqui quodnam esset in feminarum imbecillo sexu tantum robur, et audacia, quæ armatis hostibus aut vires frangerent, aut terrorem objicerent? (1)

(1) VERS. 17. — STETIT PROCL A DOMO. Facile ut suos cogeret ac lustraret. Stetit ex urbe egrediens, antequàm trajiceret Cedron. Hebræus: *Steterunt domus fugæ*, vel elongationis, id est, tota familia et copia Davidis; domus hæc fugitiva, familia migrans fugiensque substitit. Alii: *Steterunt in domo elongationis*, in loco ab urbe dissito. Sed in ipsis ur-

VERS. 18. — LEGIONES CERETHI ET PHELETI. Quinam hi fuerint, satis à nobis explicatum est supra cap. 8, v. 18, et lib. 4, c. 50, v. 14, ubi diximus prætorianam esse cohortem, cui regii corporis tutela credita est.

ET OMNES GETHÆI PUGNATORES VALIDI SEXCENTI VIRI, QUI SECUTI EUM FUERANT DE GETH. Hi sexcenti viri fuisse à quibusdam existimantur viri Gethæi; id est, nati in Geth urbe Palæstinorum, qui cum Ethai item Gethæo inde transfugerunt ad Davidem, et illius religionem amplexi, illi se socios, et fideles ministros præbuerunt; quorum dux et princeps erat Ethai, quem nonnulli filium esse credunt regis Achis. Ita fermè Theodoretus quæst. 29, et Histor. Sch. Et in his nonnulli addunt cum Davide fuisse, quo tempore, dum Saülem fugeret, fuit in Geth, et postea diutius in Siceleg; et ipsi fidelem, et constantem operam navasse, cum vicinas invaderet civitates, et prædas inde continenter aveheret. Quam cogitationem multis confutat Abulensis quæst. 26, 27, 28. Illud adi; neque enim lubet in re neque dubiâ, neque admodum necessariâ, longam operam ponere. Illud dico, Ethai non multò ante venisse Hierosolymam, et relictâ patriâ, imò et avitâ religione, adhesisse Davidi. Id enim probat illud, quod statim additur: *Heri venisti, et hodiè compelleris nobiscum egredi*. Adduxit autem secum ejusdem religionis, atque animi aliquos sive familiares, sive domesticos, qui statim illius appellantur fratres; qui secuti suum sive ducem, sive dominum egressi sunt ex urbe, et regem peditem pedites ipsi prosecuti sunt.

De sexcentis viris, qui Gethæi vocantur, dicendum est, fuisse propriè Israelitas, qui fuerunt cum Davide toto tempore, quo à patriâ, suorumque consuetudine profugus, incertis erravit sedibus: nam fuisse à principio cum Davide textus ipse docet, dum ait: *Qui secuti eum fuerant de Geth*; id est, de civitate ipsâ regiâ, in quâ regnavit Achis; seu de Siceleg, ubi diù David cum sexcentis illis viris,

bis foribus stetisse, ex narrationis decursu patet. (Calmet.)

« Pourquoi David, dit Voltaire, ce grand guerrier fuit-il de Jérusalem avant que son fils y soit arrivé? » La réponse est bien simple: c'est pour n'y être pas investi.

« Jérusalem était-elle fortifiée? ne l'était-elle pas? » Elle l'était, mais une ville considérable, fort peuplée, attaquée tout à coup, en pleine paix, n'a pas les approvisionnements nécessaires pour soutenir un siège. (Duclot.)

eorumque familiis commoratus est. Dicuntur porrò fuisse in Geth, licet brevi tempore in eâ civitate tanquàm hospites, et peregrini considerint, quia Siceleg ad illam satrapiam pertinebat, cujus caput est Geth. Sic Toletanum dicimus illum etiam, qui nunquàm Toletum vidit, si tamen in oppido vixit in urbis Toletanæ ditionem contributo. Neque novum est, ut aliqui nomen ab eo loco sumpserint, in quo aliquandiu commorati sunt, licet neque ibi sint orti, neque inde genus, aut familiam deriverint, ut pluribus ostendimus supra c. 6, ubi rationes adduximus, cur Obed Edom vocaretur *Gethæus*, cum tamen esset Levita, longè nimirum à Gethæorum sanguine.

VERS. 19. — DIXIT AUTEM REX AD ETHAI GETHÆUM: CUR VENIS NOBISCUM? REVERTERE, ET HABITA CUM REGE (1), QUIA PEREGRINUS ES. De hoc

(1) Sunt qui reddant Hebræum: עַם דְּבַרְךָ עִי, *desine sequi regem*. (Calmet.)

Alors le roi dit à Ethai: *Pourquoi venez-vous avec nous? Retournez, et allez avec le nouveau roi*. Rien ne fait plus voir la grandeur de l'âme et la fermeté du cœur, que lorsqu'un homme conserve au milieu du péril et dans le plus grand malheur qui lui puisse arriver, la même présence d'esprit et de jugement que s'il se trouvait dans un plein repos. C'est ce qui arrive à David en ce jour de sa fuite de Jérusalem, qui paraît avoir été pour lui un jour de douleur et d'abaissement, et que l'on peut appeler néanmoins le jour le plus heureux et le plus glorieux de sa vie. Car il y a paru non seulement comme un grand prince, mais comme un homme élevé au-dessus de toutes les tempêtes du monde; comme un homme de Dieu, qui a prévalu contre Dieu même, selon ce que l'Écriture dit de Jacob, et qui a désarmé sa colère en se soumettant de tout son cœur à sa justice avec une humilité pleine de courage et de sagesse; *præcelsa humilitate*, selon l'expression de saint Paulin.

C'est dans cet esprit que David veut persuader à Ethai de se retirer, et de ne se rendre point malheureux en le suivant dans son infortune. Un autre moins résolu que ce prince aurait conjuré un homme si généreux, et qui commandait six cents hommes des plus vaillants de son armée, de ne le pas abandonner dans une si extrême nécessité. Mais David fait voir à Ethai que sa magnanimité n'est point affaiblie par la grandeur du péril qui le menace, et qu'il ne veut point exposer la fortune de ceux qui le servent pour assurer la sienne, dont la ruine paraissait alors inévitable. C'est ce qui a fait dire à saint Grégoire que les grands justes dans les accidents les plus fâcheux qui leur arrivent en cette vie, pensent plus à leurs amis qu'à eux-mêmes, et qu'au lieu que les personnes faibles sont tout absorbées dans ce qu'elles souffrent, celles-ci, au contraire, sont tranquilles dans leurs plus grandes afflictions, et que sans se mettre en peine de leur propre soulagement elles ne pensent qu'à celui des autres. (Sacy.)